AVGVSTINI BARBOSÆ, I.V.D. LVSITANI,

PROTONOTARII APOSTOLICI,

OLIM S. CONGREGATIONIS INDICIS CONSVLTORIS,

& inſignis Eccleſiæ Vimaranenſis Theſaurarij maioris;

NVNC VERO EPISCOPI VGENTINI;

& à Conſiliis D. PHILIPPI IV. *Hiſpaniarum Regis Catholici,*

PASTORALIS SOLICITVDINIS, *SIVE* DE OFFICIO, ET POTESTATE EPISCOPI, TRIPARTITA DESCRIPTIO.

Nunc vltimùm ab ipſo Auctore recognita, variis reſolutionibus exornata, & multis Doctorum citationibus, aliiſque acceſſionibus illuſtrata.

[illegible]

Quæ toto hoc Opere continentur, ſequens pagina indicabit.

LVGDVNI,
Sumptibus PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD, PETRI BORDE, & GVILIELMI BARBIER.
M. DC. LXV.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

PARTE PRIMA CONTINENTVR.

INDICVLI NONNVLLI.

Epiſcoporum inſtitutio, electio, conſecratio, munus, Patriarchalium Sedium erectio, & Archiepiſcopalis præſtantia.

PARTE SECVNDA.

Omnia quæ ad Epiſcopi poteſtatem, tam quoad Sacramenta, & Ordines conferendos, quàm quoad diſpenſationes elargiendas pertinent.

INDEX RERVM, ET VERBORVM.

PARTE TERTIA.

Quicquid ad caſuum reſeruationem, reſidentiam Epiſcopalem, beneficiorum collationem, Eccleſiarum viſitationem, Vicarij conſtitutionem, monitoriorum conceſſionem, denique ad totius iuriſdictionis exercitium, etiam in Regulares, & exemptos, eorumque conſeruatores pertinet.

FORMVLARIVM EPISCOPALE.

BVLLÆ, CONSTITVTIONES, ET DECRETA SVMMORVM PONTIFICVM.

Imprimatur. Si videbitur Reuerend. P.M.Sacri Palatij Apoſt.
A. *Epiſc. Hieracen. Viceſg.*

EGo Marcus Antonius Petilius V.I.D. ad Reuerendiſſimi P.F. Nicolai Ridolfij Ordinis Prædicatorum S. Apoſtolici Palatij Magiſtri mandatum, præſens opus, cui titulus, PASTORALIS SOLICITVDINIS, ſiue DE OFFICIO, ET POTESTATE EPISCOPI tripartita deſcriptio, Auctore Auguſtino Barboſa I.V.D. Luſitano,&c. relegi,& in eo nihil deprehendi Catholicæ Religioni, aut bonis moribus aduerſans, quin potiùs proba omnia, veluti à probo viro elaborata, ipſius Domini Auguſtini nominis celebritatem, & doctrinam inſignem magis commendant ad publicam omnium vtilitatem.

MARCVS ANTON. PETILIVS qui ſuprà.

Imprimatur. F. Vincentius Martinellus Soc. Reuerend. P. F. Nicolai Ridolfij Ord. Prædicat. S. Apoſt. Palat. Magiſtri.

Imprimatur. Si videbitur Reuerend. P. Magiſtri S. Palatij Apoſt.
A. *Epiſc. Bellicaſtrenſ. Viceſg.*

EGo Melchior Lotterius I. V.D. de mandato R.P.F. Nicolai Ridolfij S. Apoſtolici Palatij Magiſtri perlegi haſce Additiones ad tractatum DE OFFICIO EPISCOPI, compoſitas per D. Auguſtinum Barboſam I. V.D. Luſitanum, eiuſdem tractatus Auctorem, nihilque in eis reperi quod bonis moribus, aut Fidei Catholicæ aduerſetur, vnde & typis publicis excudi cenſeo. In quorum fidem me propria manu ſubſcripſi, Romæ pridie Kalendas Maij 1628.

MELCHIOR LOTTERIVS.

Imprimatur. Fr. Nicolaus Ridolfius Ordinis Prædicatorum, Sacri Apoſt. Palatij Magiſter.

APPROBATIO.

AVguſtini Barboſæ, DE OFFICIO, ET POTESTATE EPISCOPI TRACTATVS, iam antea impreſſus, nunc verò plus quàm tertia parte auctus, cùm in illo omnia ſana ſint, & nihil quod à fide diſcrepet habeat, in commune bonum & commodum in lucem prodibit, & ita ſentimus. Lugduni 27. Martij 1641.

Fr. CL. COCHET, Magiſter & Prior Præd. Lugd.
Fr. IOANNES TESTE-FORT, S. Theologiæ Doctor.

Summa Priuilegij Regis Chriſtianiſſimi.

LVDOVICVS XIV. Dei gratiâ Galliarum, & Nauarræ Rex Chriſtianiſſimus, ſingulari Priuilegio ſanxit, ne quis per vniuerſos Regnorum ſuorum fines, intra decem annos à die finitæ impreſſionis computandos imprimat, ſeu typis excudendos curet, & venales habeat Libros, tam editos, quàm edendos, *D.D. Auguſtini Barboſa Luſitani I.V.D. Epiſcopi Vgentini, &c.* præter LAVRENTIVM ARNAVD Bibliopolam Lugdunenſem, aut illos quibus ipſemet conceſſerit: Prohibuit inſuper eadem auctoritate Regiâ omnibus ſitis ſubditis eoſdem libros extra Regni ſui limites imprimendos curare, vel quempiam vbicumque fuerit, ad id agendum impellere ac inſtigare, ſine conſenſu dicti LAVRENTII ARNAVD. Idque omne ſub confiſcatione librorum, aliiſque pœnis contra delinquentes expreſſis, vti latiùs patet in litteris datis Pariſiis, die 26. Iunij 1650.

Ex mandato Regis Signatum BERAVD.

Hac vltima editio deſiit excudi die 26. Aprilis 1665.

INDICV

AVGVSTINI BARBOSÆ, V. I. D. LVSITANI, DE OFFICIO, ET POTESTATE EPISCOPI,

PARS PRIMA:

In qua de Epiſcoporum inſtitutione, electione, conſecratione, munere, Patriarchalium Sedium erectione, & Archiepiſcopali præſtantia.

TITVLVS PRIMVS.

De inſtitutione Epiſcopalis officij; Epiſcoporum nominis ſignificatione, & Etymologia; Electione, confirmatione, & conſecratione, Epiſcopalium graduum, ac omnium Epiſcopatuum diuiſione.

CAPVT PRIMVM.

De Epiſcopalis officij inſtitutione.

SVMMARIVM.

1 *Medicus cæleſtis Chriſtus Dominus in terras venit curanda infirmitatis noſtræ gratia.*

2 *Chriſtus Dominus ſalutis noſtræ præbens ſe medicum ſanctiſſimæ vitæ ſuæ exemplo pati, ac omnes virtutes amplecti nos docuit.*

3 *Populus in lege veteri in duos ordines ſapienter diſtributus fuit, quorum vnus ciuilibus officiis, alius verò diuino cultui inſeruiret.*

4 *Officia vbi ſunt peculiaria, & certæ adminiſtrationes ad tuendam pacem, & concordiam, poteſtas aliqua vniuerſalis præcedere debet, quæ cæteras omnes regat.*

5 *Vniuerſalis Eccleſiæ poteſtatem, ſummámque authoritatem Dominus noſter in ſancto Petro Apoſtolorum principe collocauit.*

6 *Epiſcoporum inſtitutio, & ſucceſſio perpetua in Eccleſia à Chriſto Domino inſtituta fuit.*

7 *Petro eius Vicario dedit Chriſtus Dominus ius, & poteſtatem inſtituendi, & creandi omnium Eccleſiarum Epiſcopos.*
Cap. in nouo diſt. 21. *declaratur, ibid.*

8 *Epiſcopos eſſe de iure diuino inſtitutos, qui teneant? oſtenditur.*

9 *Epiſcopi aliam habent poteſtatem Ordinis, alteram iuriſdictionis.*

10 *Ordinis poteſtas in Epiſcopis, quæ ſit, oſtenditur.*

11 *Iuriſdictionis poteſtas in Epiſcopis quæ dicatur? oſtenditur.*

12 *Epiſcopus ſolus conſecratus cognoſcit de illis, quæ pertinent ad dignitatem Epiſcopalem, de aliis verò, quæ ad ſimplicem iuriſdictionem ſpectant, cognoſcit electus & confirmatus licet nondum conſecratus.*

13 *Excommunicare poteſt ſubditos de iure communi Epiſcopus electus, & confirmatus.*

14 *Beneficia conferre poteſt Epiſcopus electus, & confirmatus.*

15 *Lex diœceſana, & lex iuriſdictionis quæ dicantur? oſtenditur.*

16 *Diſpenſatio eſt de lege iuriſdictionis.*

17 *Canonica Epiſcopalis eſt de lege diœceſana.*

18 *Iuriſdictionis poteſtas quamuis à Deo Epiſcopis ſit conceſſa, voluit tamen vt in illa ſubmiſſi eſſent Petro.*

AVGVSTINI BARBOSÆ, V. I. D. LVSITANI, DE OFFICIO, ET POTESTATE EPISCOPI,

PARS SECVNDA:

Vbi omnia, quæ ad omnifariam Epiſcopi poteſtatem, vel ad Sacramenta, & ad Ordines conferendos, vel ad diſpenſationes elargiendas pertinent, breui, & eleganti methodo comprehenſa ſunt.

COMPENDIVM

Eorum, quæ curæ, & officio Epiſcoporum in ſequentibus Allegationibus plenè demandantur.

SVMMARIVM.

1 *Ius Eccleſiaſticum totum ad officium, & poteſtatem Epiſcopi pertinet.*

2 *Officium, ac munus Epiſcoporum in duobus præcipuè conſiſtit, primò in cultu diuino, & Christiana Religione augenda: ſecundò in paſcendis ac regendis ouibus ſibi commiſſis.*

3 *Cura Epiſcoporum circa diuinum cultum, & Religionem ad quatuor capita redigi poteſt.*

4 *Officium Epiſcopi circa fidem, & venerationem Dei eſt curare, vt omnes ſuæ diœceſis animæ Fidem Chriſtianam ſuſcipiant, & rudimenta ſciant, ac de illa inanes diſputationes tollere.*

5 *Curare vt verbum Dei populo prædicetur, & lectio ſacræ Scripturæ ac Theologiæ habeatur.*

6 *Curare etiam ne verba, & ſententiæ ſacræ Scripturæ ad ſuperſtitiones, & alia profana adhibeantur.*

7 *Diuinos omnes, & ſortilegos, & magicam artem exercentes, & docentes à diœceſibus ſuis penitus eradicare.*

8 *Miracula noua, & reliquias, & imagines approbare.*

9 *Pœnitentes vt vota ſua reddant, & cum impotentibus diſpenſare, & vt iuramenta licita ſeruentur, abſoluendo eos qui poſſunt abſolui.*

10 *Feſta in Dei, & Sanctorum venerationem, vt ritè & rectè celebrentur.*

11 *Curare debent Epiſcopi vt Miſſa purè & piè celebretur, modo, loco, ac tempore debito.*

12 *Diuina officia, & horæ Canonicæ, vt debitè, ac deuotè ſuis horis celebrentur.*

13 *Epiſcoporum curæ mandatur, vt populis diuerſarum linguarum, Miſſa, & officia, ac Sacramenta ſecundum eorum linguas, & approbatos ritus celebrentur.*

14 *Epiſcoporum officium eſt miniſtrare Sacramenta, ſpecialiter vero confirmationem, & attendere vt ea à miniſtris idoneis cum debita forma, ritu, & materia celebrentur.*

15 *Curare ne pro miniſtrandis Sacramentis aliquid indebitè exigatur.*

16 *Sacramentorum omnium vis ac virtus vt à Parochis ſuis populis exponatur.*

17 *Clericos, ac Regulares delinquentes corrigere.*

18 *Peregrinos clericos ſine teſtimonialibus litteris ſuſcipere non debent.*

19 *Rationes ab teſtamentorum executoribus etiam regularibus exigant.*

20 *Abbatum negligentiam ſuppleant.*

21 *Confeſſorem monialibus aſſignent.*